Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



ut tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiatur. tribue
quesumus nobis. ut ad promissiones tuas sine offensione curramus.
Hostias domine quesumus propiciatus intende quas sacris altaribus exhibemus. Sec.
ut nobis indulgentiam largiendo tuo nomini dentur honorem. Per. Compt.
Viuificet nos domine quesumus huius participatio sancti mysterii. et pariter
nobis expiationem nobis tribuat et munimen. Per. dominum. Dominica. xiii.
Omnipotens semper deus. da nobis fidei spei et karitatis augmen-
tum. et ut mereamur assequi quod promittis. fac nos ama-
re quod precipis. Per. Propiciare domine populo tuo. propiciare Sec.
muneribus. ut hac oblatione placatus. et indulgentiam nobis
tribuas. et postulata concedas. Per dominum. Sumptis domine compt.
celestibus sacramentis. ad redemptionis eterne quesumus proficiamus.
Custodi domine quesumus ecclesiam tuam. Dominica. xiiii. Augmentum. Per.
propiciatione perpetua. et quia sine te labitur humana morta-
litas. tuis semper auxiliis. et abstrahatur a noxiis. et ad salu-
taria dirigatur. Per. Concede nobis domine quesumus. ut Sec.
hec hostia salutaris. et nostrorum fiat purgatio peccatorum. et tue
propiciatio potestatis. Per. d. Purificent nos domine compt.
semper. et muniant tua sacramenta. et ad perpetue ducant
saluationis effectum. Per dominum nostrum. Dominica. xv.
Ecclesiam tuam domine miseratio continuata mundet et
muniat. et quia sine te non potest salua consistere.
tuo semper munere gubernetur. Per. Mentes nostras. et Sec.
corpora possideat quesumus domine doni celestis operatio. ut non nostri